



DE
GRAECIS NOVI TESTAMENTI
ACCENTIBVS

I

Accentus ab Hebraeis dicuntur טעמים
h. e. saporēs, quod oratio sine iis in-
sulsa videatur, & inconcinna: unde li-
quet, notitiam eorum ad exquisitam Graeca-
rum dictionum pronuntiationem esse admo-
dum necessariam.

2 Et sacrae N. T. tabulae, ab ipsis Apo-
stolis Graece exaratae, tanti a nobis fieri de-
bent, vt vel minima eius punctula non prae-
tereunda esse, merito statuamus.

3 Nonnulli nimis oscitanter & mendose
Graeca ediderunt, quorum incuria a Christia-
no magistratu fuisset coercenda. Reip. enim
Christianae maxime interest, vt Graecus N.
N. textus quam emendatissimis describatur
typis. Viri doctissimi & Graecarum littera-
rum peritissimi vel ab vltimis terris, libera-
lissimis principum sumtibus essent euocandi,
qui tam praeclaro praeessent operi. Iudaei, san-
ctorum Patriarcharum posterī praeposteri &
faeces sanctae illius gentis, hic proh dolor sua
nos vincunt industria, nulli operae, nullis par-
centes sumtibus.

4 Ac-